

CLXI.

Die Bögte Heinrich und Heinrich von Plauen verkaufen und eignen das ihnen nach dem Tode Johannis von Marieney zugefallene Dorf (Vorwerk?) Loch den Brüdern des deutschen Hauses in Plauen. Plauen, den 15. Mai 1304.

Nos *Heinricus* et *Heinricus de plawe aduocati* ad omnium tam presentium quam futurorum noticiam volumus peruenire quod *villam* dictam *Loch*. nobis per fata quondam. *Johannis de Marchneye* vacantem, fratribus domus Theutonice in *plawe* de fratrum consensu nostrorum rationabiliter vendidimus et vendita eisdem fratribus et domui appropriauimus cum omni iure, vsufructu, et pertinentiis vniuersis et singulis cum quibus predictus. Johannes et progenitores sui, a progenitoribus nostris et nobis ipsam in feodo tenuerunt, perpetuo possidendam. Et ne huiusmodi vendicio et donacio per nos vel heredes nostros aut quoscunque alios possint impugnari, presentem litteram conscribi et sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri, vocatis ad hoc testibus et rogatis, videlicet, patruo nostro. *H. de Gera aduocato, Cunrado de Schenkenberch, Tossone, Heinricho de Nulitz. Conrado de Czedewitz, Luppoldo Bohemo, Militibus* et quam pluribus fide dignis. Datum *plawe*, anno domini. Millesimo. Tricentesimo. Quarto, XV. kalendas. Junij.

2 gelbe Wachsiegel wie bei Urk. CLX.

(Urk. Nr. 1756 im H.-St.-M. Dresden).

CLXII.

Heinrich, Bogt von Gera, und Heinrich der Ältere und Heinrich der Jüngere, Bögte von Plauen, verpflichten sich gegen ihre Tante, die Schwester Mechthild von Plauen, Priorin in Cronschwitz, und gegen den ganzen Konvent daselbst, ihnen vor dem kommenden 24. Juni ein bleibendes Einkommen von 5 Mark in Ronneburg und Werda anzuweisen. Gegen diese Anweisung soll aber die Priorin nebst den Klosterschwestern auf jede Klage verzichten, welche sie für die Schwester Agnes oder eine andere im väterlichen Testament bedachte Person habe, und die Urkunden, welche sie darüber besitze, nach Besiegelung dieses Briefes, aushändigen. Den 20. Mai 1304.

*Heinricus aduocatus de gera et heinricus senior et heinricus iunior aduocati dicti de plawe* omnibus hanc litteram inspecturis salutem in eo qui est omnium vera salus. Notum esse cupimus singulis ac vniuersis quod predilecte matertere nostre sorori *mechthildi de plawe* priorisse in *cronswiz* eiusque sororibus ac toti conuentui nos obligamus per presentes quod ante iohannis